



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvatii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

Remedia contra luxuriam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

lomon: Peruerse cogitationes separant à Sap. x.  
Deo: Et Christus. Qui viderit mulierem Matth. 5.  
ad concupiscendum eam, iam mæchatus est  
in corde suo.

Secunda est. In sermone, aspectu,  
contactu, osculis, amplexibus, alijs-  
que illecebris, & gestibus inhone-  
stis, sine tamen operis inhonesti  
actuali perpetratione.

Tertia. In ipso actu: Cùm opus in-  
honestum actu exercetur, idque se-  
cundùm naturam, vtpote si vir cum  
muliere, extra matrimonij statum  
peccet.

Huius variæ sunt species: vt sunt,  
fornicatio, adulterium, sacrilegi-  
um, incæstus, stuprũ, raptus, & aliæ,  
quas consultò prætermitto.

Quarta est. Peccatũ contra naturã.

Remedia contra Luxuriam.

PRIMUM est. Vt viri mulierum &  
mulieres virorum consortia defu-  
giant: sicut enim ait Sapiẽs: De vesti-  
mentis procedit tinea, & à muliere iniqui-  
tas viri. Et D. Gregorius. Qui corpus  
suum continentiaë dedicant, habita-  
re cum foeminis non præsumant.

Eccles. 42.

SECVN-



**Et. l. 19.** SECvNDVM est. Fugere societates eorum, qui huic vitio affines sunt, ne ex malis eorū exēplis, male agere discamus: *qui enim (vt ait Scriptura) se iungit fornicarijs, erit nequam.*

**Prover. 29.** TERTIVM est. Carnem inedia, vigilijs, alijsque rebus duris atterere, atque spiritui subijcere, nec eam blandè tractare. *qui enim delicatè à pueritia nutrit seruum suum, postea seruet eum contumacem.*

**Eccl. 33.** QVARTVM est. Otium bonarum actionum inimicum & totius mali fontem deuitare: quia, *multam malitiam docuit otiositas.* Et Poëta.

*Otia si tollas, perière Cupidinis arcus.*

**Jerem. 9.** QVINTVM est. Sensus extrinsecos, qui sunt portæ per quas tanquã latro peccatū furtim se infert, diligēter obseruare & custodire: ne idem nobis contingat quod illi, qui ait: *Ascendit mors per fenestras nostras.*

**Math. 15.** SEXTVM est. Cogitationes carnales mox vt surrexerint, elidere, ac reprimere: quia *de corde exeunt cogitationes male, adulteria, &c.*

SEPTIMVM est. Frequenti orationi



tionem & meditationem incumbere:  
 Quod ille faciebat, qui de se ait: *Et Sap. 3.*  
*vi scivi quoniam aliter non possem esse con-*  
*tinens nisi Deus des. Adij Dominum, &*  
*deprecatus sum illum, & dixi ex totis pra-*  
*cordijs meis, &c.*

Remedium uniuersale contra omnia  
 vitia, quod est IESVS Chri-  
 stus crucifixus.

SICUT Moyses exaltauit serpentem in *Ioan. 3.*  
 deserto, ita exaltari oportet filium hominis.

Quando filij Israel, a moribus  
 venenosorum serpentum perime-  
 bantur: Moyses ex diuina iussione  
 serpentem aeneum fabricatus est, *Num. 21.*  
 eumque ligno affixit, quem cum a ser-  
 pentibus laesi aspicerent, sanabatur.

Pulcherrima est haec IESVS Chri-  
 sti cruci affixi figura: Quem qui-  
 cunque homines in deserto huius  
 mundi a multitudine maxima pec-  
 catorum, specialiter septem capi-  
 talium vitiorum, morfi & vulnera-  
 ti, aspiciunt: sanctissimamque illius  
 passionem & mortem secum confi-  
 derant, ac sacra vulnera eius intuen-  
 turs